Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fontes aquas. Quando
circumdabat mari
terminum suum. Ponebat
ponebat aquis. ne
transirent fines suos.
Quando appendebat
fundamenta terre. cum
eo eram cuncta componens. Et delectabar
per singulos dies ludens
coram eo omni tempore
ludens in orbe terrarum
deliciae meae esse cum filiis hominum. Nunc
ergo filii audite me
Beati qui custodiunt
in viis meis. Tenete
date disciplinam et
estote sapientes. Ne
ite abicere eam. Beatus homo qui audit
me. qui vigilat ad
fores meas cotidie. et
observat ad postes
hostii mei. Qui me
invenit inveniet
vitam. et hauriet sa-
lutem a domino. Gr.
Audi filia et vide et in-
clina aurem tuam quia
concupivit rex speciem
tuam. v. Speciosa facta es et
pulchritudine tua intende
et prospere procede et regna.
Alleluia. v. Annuntiabo glo-
riosae virginis mariae ex
semine abrahae orta de
tribu iuda clara exstitit
de iuda